

wohl eher auf einen seiner Untergebenen schließen läßt, als auf den Probst selbst.

fol. 3. Item Johannes primus in prepositum electus fuit non conventui suo tantum set pluribus utilis fuit, pacem plurimum sectabatur, unde et pluribus gratus fuit. Et tempore istius prelati fuit gravissima et inaudita pestilencia anno Domini millesimo tricentesimo tricesimo quinto, ita quod a profesto sancti Egidii [Aug. 31] usque ad festum Michaelis [Sept. 29.] obierunt de conventualibus in Langhen quinquaginta persone, ita quod vix vivi sufficiebant ad sepeliendos mortuos ¹⁾. Conquisivit et reliquit monasterio quam plurima vasa argentea celata, que sequaces ejus dilapidavere. Inter quos longe post eum dominus prepositus Nycolaus de Calkar oriundus vendidit vas argenteum relatum valoris plus quam centum aureorum Renensium Hermanno aurifabro, civi Emdensi. Obiit anno salutis nostre MCCC quinquagesimo secundo, pridie Perpetue et Felicitatis [März 6.].

¹⁾ Ueber diesem Satze stand früher das nun Ausgestrichene: Item Johannes prepositus, vir in omni puncto honorabilis, satis litteratus, facundus in lingua materna et Latina. Iste prepositus edificavit anno Domini MCCXXXIII [*corr.* MCCCXXXIII] pro fratribus et sororibus in grangia to Wierden habitantibus novam capellam. Et anno preterito longam domum lapidibus tectam cum panore (?) et coquina construxit, que insimul, etiam propriis laboribus conventus computatis, constiterunt ultra ducenta quadraginta quinque antiqua scuta [*écus d'or*]. Et anno sequenti fuit gravissima et inaudita pestilentia, ita quod a profesto sancti Egidii usque ad festum Michaelis obierunt de conventualibus in Langhen quinquaginta persone, ita quod vix vivi sufficiebant ad sepeliendos mortuos. — Aus dem letzten Satze erhellt deutlich, daß auch das Frühere, das später nicht wieder aufgenommen ist, denselben Probst Johann betrifft. — Was die oben gegebene Erklärung des Wortes *scuta* durch *écus d'or* betrifft, so bemerke ich noch, daß das Franciscaner-Kloster Galdern, laut einer in dem Langenschen Copialbuche befindlichen Urkunde, ums J. 1382 verschiedene Bücher (Decretum, Decretales et summam directoriam juris) für 53 scutatis aureis de moneta Francia an das Kloster Langen verpfändete, wonach also gerade die französischen Goldmünzen im 14. Jahrhundert in Ostfriesland gäng und gebe gewesen zu sein scheinen.